



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

Dominica I. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

*Beneficia  
S. Spiritus.*

THESIS XVI. *Spiritus Sanctus*  
quem mittet Pater. Joan. 14. v. 26.  
Homo spectatus in Statu Naturæ, Gra-  
tiæ, & Gloriæ à S. Spiritu Bona acci-  
pit. I. Nam in Statu Naturæ tan-  
quam *Creator* Spiritus facit Homines  
respirare. II. In Statu Gratiæ tan-  
quam *Sanctificator* facit Christianos  
suscipere. III. Ad Statum Gloriæ tan-  
quam *Glorificator* facit Prædestinatos  
aspicere. *Durand. Charact. Sanctior. 1.  
May.*



## DOMINICA I. post PENTECOST.

*Spes.*

THESIS I. *In Nomine Patris, &  
Filij, & Spiritus Sancti.* Matth.  
28. v. 19. Spes ponenda est I. In Pa-  
tris Pietate. II. In Filij Charitate.  
III. In Spiritus Sancti Liberalitate. *Vo-  
rien. Tertull. verbo Spes.*

*Mysterium  
Trinitatis.*

THESIS II. *In Nomine Patris, &  
Filij, & Spiritus Sancti.* Matth. 28. v. 19.  
Longè diversa Dei, Mundique Disci-  
plina



plina est. I. In Schola Mundi initium doctrinae fit à rebus obvijs ac communibus, à quibus pergitur ad difficiliora, & magis ardua scitu. II. In Schola Christi aliter proceditur, nam prima lectio est de Mysterio SS. Trinitatis, Incarnationis &c. Rationem dat S. Chryostomus, eò quòd in Schola Christiana nos non Discipuli Hominum, sed Dei sumus.

THESIS III. *In Nomine Patris &c.* Matth. 28. v. 19. Triplici de causa manifestavit nobis Deus Sanctissimum Trinitatis Mysterium. I. Revelavit nobis ejus Veritatem, atque hinc debemus ei Sacrificium nostri *Intellectus* per Fidem. II. Proposuit nobis ejusdem in nos derivata Beneficia Creationis, Redemptionis, Sanctificationis, atque sic debemus ei Sacrificium nostrae *Memoriae* pro gratitudine. III. Ostendit nobis ejusdem Perfectiones Divinas ad imitationem: *Perfecti estote &c.* Exemplum dedi vobis &c. atque ex hoc ei debemus Sacrificium *Cordis* per voluntatem. *Nicolaus Dijon Capucin.*

THESIS IV. *Docete omnes gentes Perfectio:*  
*Baptizantes.* Matth. 28. v. 19. *Qua- nes Dei*  
 l s tuor



tuor sunt inter alia , quæ conveniunt  
soli Deo , I. Immensitas Potentiæ. II.  
Æternitas Permanentiæ. III. Incom-  
descriptibilitas Continentiæ. IV.  
Incomprehensibilitas Notitiæ. Be-  
nignus Pisan. in Pantheologia de Esse Dei  
2.

*Trinitas  
varia.*

THESIS V. In Nomine Patris  
& Filij, & Spiritus Sancti. Matth. 28.  
19. I. Trinitas Sanctissima est Pater  
Filius, & Spiritus Sanctus. II. At-  
tamen Trinitas scelestissima est Diabolus  
Caro, Mundus, Diabolum Pater  
Mundum Filius, Carnem vicit Spiritus  
Sanctus.

*Operatio  
Trinitatis.*

THESIS VI. In Nomine Patris &  
Matth. 28. v. 19. Trina sunt, quæ  
deducunt ad sanctissimam Trinitatem  
Potestatis, Velle, Facere. I. Potestatis  
à Patre, ex quo omnia. II. Velle à Filio  
per quem omnia. III. Facere à Spiritu  
Sancto, in quo omnia.

*Cognitio  
Trinitatis.*

THESIS VII. In Nomine Patris  
& Filij &c. Matth. 28. v. 19. Pater  
namque, & Filium cum Sancto Spiritu  
tu cognoscere I. Vita est æterna. II.



Beatitudo perfecta. Ill. Summa Volupras. S. Bern. in Meditationibus.

THESIS VIII. In Nomine Patris, & Filij &c. Matth. 28. v. 19. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, sicut erat in Principio, & Nunc, & Semper, & in secula seculorum. Lege sis Explanatōnem illius apud Mazarini super Ps. 50. item apud Fornerum super eund. Ps. in fine.

Gloria Patri &c.

THESIS IX. In Nomine Patris &c. Matth. 28. v. 19. I. Quomodo Pater Filium, & Spiritum Sanctum honoret? II. Quomodo Filius Patrem, & Spiritum Sanctum? III. Quomodo Spiritus Sanctus Patre & Filiū? Hinc Gloria Patri à Filio, & Spiritu Sancto, Gloria Filio à Patre & Spiritu Sancto, Gloria Spiritui Sancto à Patre & Filio, sicut erat in principio, & nunc, & semper.

THESIS X. Baptizantes eos in Nomine Patris &c. Matth. 28. v. 19. Atheismi quinque species Garassus noster enumerat. I. Atheismus Furiosus & rabidus. II. Libertinus. III. Profanationis. IV. Fluitans, seu dubitans. V. Brutus & stupidus. Vide D'oultreman de Amore increato fol. 832.

Atheismus.

THE,



*Beneficia  
Trinitatis.*

THESIS XI. *In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Matth. 28. v. 19. Quidquid es, quidquid potes, debes *Creanti*, II. *Redimenti*, III. *Vocanti*. S. Bern. Scilicet Patri, Filio, Spiritui Sancto; & hi tres unum sunt, si divideres affectum.

*Injuria  
Trinitati  
facta.*

THESIS XII. *In Nomine Patris &c.* Matth. 28. v. 19. Demonstratur Injuria singularis, quæ per peccatum irrogatur Sanctissimæ Trinitati. *Paulus Segneri in Christiano Instructo in Lege. part. 2. discurs. 4.*

*Trinitas  
varia.*

THESIS XIII. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. Quinque sunt Trinitates. I. Est *Trinitas*, à qua homines cecidit: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. II. Et est *Trinitas*, quæ cecidit: Intellectus, Memoria, & Voluntas. III. Et est *Trinitas*, in quam ista cecidit: Impotentia, Ignorantia, & Concupiscentia. IV. Et est *Trinitas*, per quam Trinitas cadens resurgit ad Trinitatem, de qua cecidit: scilicet Fides, Spes, Charitas. (O me Beatam, quæ tribus Filiabus SSS. Trinitatem honorare non rui! inquiebat S. Sophia ad suas tres)



Filiis, nomine Fides Spes, Charitas, ad  
Martyrium à tyranno raptas. ) Hugo  
Card. in Gen. 6. 5,

THESIS XIV. *In Nomine Patris, Misericordi-  
& Filij, & Spiritus Sancti. Matth. 28. aia Dei  
v. 19. I. Pater Misericordiam Pater- triplex.*  
*nam* ostendit, & exhibet hominibus  
tanquam Filijs. II. Filius utitur Mi-  
sericordiâ *Fraternâ* erga Christianos, qui  
sunt Fratres ipsius. III. Spiritus San-  
ctus demonstrat Misericordiam *Spiritua-*  
*lem* Peccatoribus, qui sunt Inimici ejus.  
Hanc triplicem Misericordiam imitari  
nos decet erga Pauperes, & Inimicos  
nostros, exhibendo nos velut eorum  
Patres, Fratres, & Amicos. *Texier.*

THESIS XV. *Docete omnes gen- Dei exis-  
tes. Matth. 28. v. 19. Dei existen- stentia.*  
tia impiè, & irrationabiliter negatur,  
culpabiliter ignoratur, innegabiliter  
probat. Nam I. *Negantes* redar-  
guuntur unanimi hominum confes-  
sione; pulchra Mundi molitione; Virtu-  
tis remuneratione. II. *Ignorantes*, quia  
non debet ignorari, non potest ignora-  
ri, nequit inculpabiliter ignorari. III.  
Probat Scripturarum oraculo, Crea-  
tura



rarum deposito, Naturali Animæ testimonio. *Tertull. Prædic. Vivien.*

*Fides Catholica.*

THESIS XVI. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. Catholica maxima est consolatio, quod certus sit se in Fide non errare, nec decipi: quod consolatione caret, quisquis non est Catholicus. *Juglaris Cont. 2. Quadragesimali.*

*Nomen Trinitatis.*

THESIS XVII. *In Nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti.* Matth. 28. v. 19. In hoc triplici Nomine percipiuntur in Ecclesia, quæ omnium maximi momenti existunt, ac fiunt. I. Ego te Baptizo in Nomine Patris &c. II. Ego te Absolvo in Nomine Patris &c. III. Proficiscere Anima Christiana ex hoc Mundo in Nomine Patris &c.

*Mysterium Trinitatis.*

THESIS XVIII. *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Matth. 28. v. 19. I. Scrutari Trinitatem merito est. II. Credere pietas est. III. Cognoscere vita æterna. *S. Bern. l. 5. de Consid. vide supra Thes. 7.*

*Cultus Trinitatis.*

THESIS XIX. *In Nomine Patris &c.* Matth. 28. v. 19. Mens imago Dei est, in qua tria sunt: Memoria



ria, Intellectus, Voluntas. Per Memoriam Patri similes sumus; per Intelligentiam Filio; per Voluntatem Spiritui Sancto. S. Bern. l. I. Medit. Igitur tribus Personis tres animæ nostræ Potentiæ dedicandæ sunt. I. *Memoria Patri* perpetuâ Beneficiorum recordatione, quæ sunt effectus Potentiæ Patri attributæ. II. *Intellectus Filio* Acceptatione Veritatis, & dogmatum Sapientiæ Christianæ, quorum ipse est Principium. III. *Voluntas Spiritui Sancto* eam ipsi offerendo, ejusque ardoribus charitatis. *Wespin tom. fol. 28.*

THESIS XX. *Vide inferiùs Dom. 18. post Pentecost. Thes. 7. de Fide triplice.*

THESIS XXI. *Docete omnes gentes. Fides.* Matth. 28. v. 19. I. *Fidei Necessitas* in eo consistit, ut Homo Deum agnoscat, ut Deo placeat, ut ad Deum vadat. II. *Fidei Præstantia* in eo se ostendit, quia omnia potest, omnia obtinet, de omnibus triumphat. III. *Fidei Qualitas*: debet esse humilis, ardens, efficax, fœcunda. *La Selve ser. 5. ante Dom. I. Quadrag.*

THE.



THESIS XXII. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. I. *Fides Diabolica*, quia dæmones credunt, & contremiscunt, ita Peccatores multi credunt, & tamen in peccato persistunt. II. *Fides Mortua*, scilicet illa, quæ efficitur in operibus. III. *Fides Vana*, illorum nempe, quorum vana est religio,

*Deus.*

THESIS XXIII. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. Quid doceant? nempe, quòd sit Deus, I. Cujus Natura Bonitas. II. Cujus Voluntas Potentia. III. Cujus Opus Misericordia. S. Leo. Serm. 2. de Nativ. Domini.

*Providentia Dei.*

THESIS XXIV. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. I. Providentia conciliatur cum Hominum Libertate. II. Conciliatur cum Imperiorum Prosperitate. III. Conciliatur cum Justorum Adversitate. Tertull. Prædic. ad Paganos. *rien. verb. Deus.*


*Atheistæ.*

THESIS XXV. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. Atheistæ, & contemnitur illis Libertini I. non habent aliam Libertatem, quàm suam Voluntatem. II. Non habent alium Deum, quàm suam Voluptatem. III. Non habent aliam



Celum, quàm hunc Mundum, Di-  
cton. apostolic.

THESIS XXVI. *Ecce ego vobiscum* *Præsentia*  
*sum.* Matth. 28. v. 20. I. Præsentia *Dei.*  
Dei inhiher peccata, II. Consolatur  
afflictos, quia Pater, quia Testis, quia  
Socius in tribulatione. III. Inflammat  
Perfectos; *Oculi mei semper ad Dominum.*  
*Chappuis. Medit. 17. Nov.*



## DOMINICA II.

### post PENTECOST.

THESIS I. *Cœperunt simul omnes* *Excusatio*  
*excusare.* Luc. 14. v. 18. I. A- *peccati.*  
liqui afferunt excusationes ad dimi-  
nuenda peccata sua; & hi offendunt  
*Sanctitatem* Dei offensi. II. Alij alle-  
gant excusationes pro liberatione sua  
ab obligatione; & hi ejus *authorita-*  
*tem* lædunt. III. Alij excusationes  
proferunt, quibus sibi licere volunt  
persistere in occasione peccandi proxi-  
ma, & hi *Sapientiam* offendunt læsi Nu-  
minis. *Diction. Apost.*

K

THE.